Urkundenbuch des Klosters Fulda; Teil: Bd. 1., (Die Zeit der Äbte Sturmi und Baugulf) (Ed. Stengel) Nr. 269

a) Tradit Walahfrid, quicquid habuit in Wintgrabom et in Ranungu. Nomina mancipiorum: Waltger, Hruodmunt, Waltgoz, Hruodwart, Asolf, Votilo, Waninga, Ratger, Gisalheri, Baldwig, Belding, Hiltrun, Adalrun, Wolflind, Liuta, Gozhilt, Hruadhilt. Anno XXXII. Caroli. † Signum Hruodbrahti. Theoleih. Amalbraht. Suuidbraht. Siginand. Leidrat. Gerbraht. Alauuih. Swidbot. Ercanbot. Hroingg. Ercanpraht.

b) Ego in dei nomine Walahfrid dono atque trado in elimosinam meam ad sanctum Bonifatium, quicquid proprietatis habeo in Wintgrabono marcu et in Hrannungero marcu et quicquid mihi pater meus et mater et fratres haereditaverunt et proprio elaboratu acquisivi, id est in terris, silvis, campis, pratis, aquis aquarumve decursibus, domibus , aedificiis, mancipiis, quorum nomina haec sunt: Waldger, Hruadmunt, Walgoz, Hruadroh, Hruodwart, Asolf, Otilo, Freholf, Wizolf, Waning, Wono, Ratger, Gisalheri, Baldwig, Belding, Hiltrun, Adalrun, Wolflind, Liuta, Gozhilt, Rathilt, Albwiz, Ratolf, Onswind, Reginburg, Theotburg, Vota, Willihilt, Hruadhilt, Alphilt, Alpswind, Egimuot, Elimuot, cum omni eorum supellecti et sumptu. Ea scilicet ratione trado haec omnia, ut per vestram precariam illa omnia possideam ad vitam meam. Et post obitum meum uxor mea Williquema et post nostrum amborum discessum filii et filiae nostrae ad vitam illorum suas singuli possideant partes. Post omnium vero nostrum de hac praesenti vita discessum vos et successores vestri ad utilitatem vestram et in elimosinam nostram cuncta, quae tradidi, tenendi, habendi, possidendi firmam et incontradictam in omnibus habeatis potestatem. Scripta haec kartula traditionis in monasterio Fulda, anno XXXII. regni domni Caroli gloriosissimi regis Francorum, mense augusto, die VI. kl. septembris. Signum Walahfridi et uxoris eius Williquemun, qui hanc kartam traditionis fieri rogaverunt. † Hruadprahti. † Theoleichi. † Amalperahti. † Suuidperahti. † Siginandi. † Leidrati. † Gerbrahti. † Alawih. † Suuidpoti. † Eggolti. † Ercampoti. † Rohingi. † Ercamprahti. † Sandrati. † Fridwini. † Eginoni. † Werinharti.

Urkundenbuch des Klosters Fulda; Teil: Bd. 1., Nr. 269, in: Edmund E. Stengel, Urkundenbuch des Klosters Fulda; Teil: Bd. 1., (Die Zeit der Äbte Sturmi und Baugulf), Marburg 1958, [URI: http://d-nb.info/454869509], S. 387-388.
URL: https://werkstatt.formulae.uni-hamburg.de/texts/urn:cts:formulae:fulda_stengel.stengel0269.lat001/passage/1
Heruntergeladen: 2025-02-23